Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

uita ad refugium conuenieris plus ibi timere incipias; Ante enim causae tuae tantum timebas cum ad talem
cum fugeris ad eum timebis; Multa enim cum ad talia refugia confugissent ad eum: illis ad quos
confugerent ad ipsi quae ita sunt quos nemo querere ad sinon ad talia confugissent; Non est refugi
um nrm tale. sed refugium nrm uirtus est. cum illuc confugerimus firmi erimus;
Aduersor in tribulationib: quae inuenerunt nos nimis; Multae sunt tribulationes et in omni
tribulatione me ad dnm confugendum est. siue sit tribulatio in re familiari. siue sit in salute
corporis. siue de periculo carissimorum. siue de aliquare ad huius uitae sustentaculum
Necessaria omnino ad illud refugium non debet esse xpiano. quam saluatorem ius. quam deus
quo cum confugerit fortis sit non enim in se fortis erit aut sibi ipse fortitudo erit sed illo illi
fortitudo erit qui refugium eius factus est; Verum tamen carissime inter omnes tribu
lationes animae humanae nulla est maior tribulatio quam conscientia delictorum;
Nam quae si ibi uulnus non sit sanum quae sit intus hominis quod conscientia uocatur. ubi
cumq: ali quipassus fuerit tribulationis. illuc confugit ibi inuenit dm; Qui autem ibi
requies non est. propter abundantiam iniquitatis. qm ad se ibi non est. quid facturus est.
homo quo fugit cum coeperit pati tribulationes. fugit a agro ad ciuitatem. a publico
ad domum ad domo in cubiculum. et sequitur tribulatio. a cubiculo. Iam quo fugiat
non habet nisi interius cubile suum. porro si tumultus est. si fumus iniquitatis. si flam
ma sceleris non potest illuc confugere pellitur. inde et cum inde pellitur a se ipso pellitur;
Et ecce ostensum inuenit quod fugerit se ipsum pellitur et ecce ostensum inuenit se ipsum et
fugitur ut os. quocumq: fugerit se. tenebrae se post se et quo cumq: talem traxerit se cruciat se
de se; Ipsae sunt tribulationes quae inueniunt hominem nimis. acerbiores enim non
sunt; tanto non sunt acerbiores quanto non sunt interiores; Uide et carissimi ea
ligna deiciuntur et p bantur a fabri aliquando superinficiae. uidentur quasi laesa et pu
tria; Faber autem inspicit tamquam medulla interiorem ligni et si sana interius ligna
cognouerit. promittit ea in aedificio duratura. ne cui aliquid deerit de superficiae lesa sollicitus.
quia in id quod interius est. sanum renuntiat proprior homini interius conscientia aste
non inuentur. quid igitur prodest si quod exterius sanum est. et putre fuerit medulla
conscientiae. ar taeistae et uehementes. omnino et sicut ipse psalmus ait nimiae tribu
lationes sunt; tamen in his aduersor factus est dns dimittendo peccata; Iniquorum
enim conscientias non sanat nisi indulgentia. si enim magnas tribulationes sed habere
dicit debitor festa confassus et intuens angustias re familiaris suae cum se uidet non pos
se soluendo propter imminentes omni anno compulsores tribulationes magnas pati.
sedicit ne cusquam respirat nisi in spe indulgentiae regum terrenorum; quanto
magis debitor poenarum. de abundantia delictorum quando redde et quod debet de mala
conscientia quando si redde dederit ipse perit; Hoc enim debitum reddere. poenas luere est;